

tatis adactus sis : circumspice ac perpende
singula : omnia quocumque te verteris, tri-
stia occurrunt, perpetua nox, immensa va-
stitas, horrenda situ ac neglecta humiditas
te facies, vbiq̄ue gemitus, luctus, eiulatus,
pœnarumque ac tortorum mille species, at-
que ijs intermixtæ furiaë noxios vsquequa-
que terrent alios, alios dilacerant. Quum
accusaris, vndique conuolant qui tua icele-
ra proloquantur ac denudent: lapides & um-
bræ prodeunt in reum testimoniū dicturæ,
ipsa vero conscientia princeps accusationis
omnem turpitudinem sigillatim vel ipsas
cogitationes impudicas iudicibus explicat:
nuiquam autem præsidium cernitur: nemo
subscriber adest periclitanti: nemo patro-
cinium exhibet reo: nemo implorantis opem
miseretur præter benefacta: hæc fortissime
capitis periculum propugnant nec vnquam
a defensione desistunt, nisi quum vis ad-
uersariorum & numerus præualuerint. Pro-
inde honores, imperia, triumphos hinc iam
obliuiscere. CÆSAR. Quid malum philo-
sophaster? magistrum te mihi præbes & gra-
uem sane, non secus ac si esses aliquis Ana-
xisthenes aut Diogenes aut Crates aut Me-
nippus. SYLLA. Opere præcium arbitras